

rex est xpistianus licet magno can sit subiectus. set multi sunt adorantes ydolla. *magno can est subditus*
 & qui legem macometi obseruant. Jtem est ibi quedam generatio gentis que
 nuncupatur argon. quod est dicere guasmullus. quia de duobus generibus nati *hic ydola adorant & ali-*
 sunt videlicet de illis de tenduc qui ydolla adorant. & de illis qui macometi legem *qui macometi legem ob-*
 obseruant. & isti sunt pulciores homines qui reperiantur in patria. & sapientiores *serua[n]t*
 & qui magis utuntur mercimonijs In ista prouincia erat principalis sedes presbiteri
 Johannis quando dominabatur tartaris. & omnibus alijs circumstantibus prouincijs
 19^v & regnis. & adhuc ibi sedem sui retinent| succesores & iste georgi supradictus.
 post presbiterum Johanem quantum de progenie illa dominus maior tenetur &
 locus ubi regnat iste/ est ille locus quem in patria nostra. og/ & magog nuncupamus.
 set ibidem habitantes appellant vng/ & mongul. Et in qualibet istarum prouinciarum
 est una generatio gentis. In vng sunt gog & in mongul manent tartari/ cum uero
 equitatur per istam prouintiam vij dietis/ eundo per leuantem uersus Cathay.
 inueniuntur multe ciuitates & castra in quibus gentes adorant ydolla. alique *aliqui adorant ydo aliqui*
 machometi legem adorant & aliqui sunt xpistiani turchi nestorinj. viuunt de *sunt xpistiani aliqui ali-*
 mercimonijs & artibus gentes ille sunt subdite magno can. est quedam ciuitas *qui tenent legem maco-*
 nomine syndicuj in qua fiunt artes de omnibus rebus & muniminibus ad exercitum *meti & sunt turchi etiam*
 pertinentibus. Et in montibus istius prouincie est quidam locus nomine ydifu *& nestorinj*
 in quo est optima argentera/ in qua quidem foditur argentum in maxima quantitate/
 Inuenitur quedam ciuitas nomine xandu ubi sunt magni idolatri & negromanti. *hic sunt homines ydolatri*
 & taliter ydola sua honorant in die festiuitatum eorum. quia quelibet ydola *& negromanti.*
 suum proprium habent festum/ quemadmodum sancti nostri. nam habent *habent monasteria magna*
 monasteria magna & abbatias. & sunt ibi tam magna monasteria/ quod sunt *& abbatias & in uno*
 ueluti una parua ciuitas in quibus sunt plures quam duo millia monachi secundum *monasterio sunt 2m mon-*
 20^r mores eorum. qui induuntur magis honeste alijs hominibus| & portant capud *achi*
 abrasum & barbam. fatiunt etiam maius festum cum solempnioribus canticis &
 luminaribus quam unquam uisum fuerit. Et de istis baci sunt aliqui qui secundum
 eorum ordinem possunt uxores accipere & ipsi ita faciunt. quia uxores accipiunt
 & filios habent multos. Est insuper alius ordo religiosorum nomine sensin qui *est etiam alius ordo religi-*
 sunt homines magne abstinencie secundum mores eorum/ & ducunt eorum uitam *osorum qui sunt homines*
 multum asperam. nam totis temporibus uite sue nil aliud quam furfures edunt. *magne abstinencie secund-*
 accipiunt enim furfures & ipsos in calidam aquam ponunt & aliquantulum esse *um mores eorum*
 dimitunt donec totum nucleum uel medula remouetur a cortice. & tunc ipsos
 comedunt absque aliqua saporis substantia sic lauatos. Jgnem adorant & homenes *aliqui ignem adorant &*
 aliarum regularum dicunt istos uiuentes in tanta abstinencia fore hereticos sue *putant alios hereticos qui*
 legis quia ut ipsi ydola non adorant/ set magna est diferentia inter ipsos. uidelicet *ydola adorant & diferunt*
 inter regulam unam & alteram isti uero nullam uxorem accipiunt aliqua causa *in regulis suis sicut xrist-*
 mundi portant capud abrasum & barbam. portant uestes de canapo nigras & *ianorum regul[e]*